leones.& ſimilia condito in corporis uaginas unguiũ mucrone ne reſtringantur hebetenturq; ingredi
auerſiſq; falculis currere:nec niſi apetendo prætendere

De leonibus. Cap.xvi.

1. LEoni præcipua generoſitas:tunc cũ colla armoſq; ueſtiunt iubæ.Id.n.ætate contingit e le
one conceptis.Quos uero pardi generauere ſemp inſigni hoc carent.Simili modo fœmi-
næ.Magna iis libido coitus.& ob hoc marib⁹ ira.Africa hæc maxime ſpectat inopia aqua
rum ad paucos amnes congregantib⁹ ſe feris.Ideo multiformes ibi aĩaliũ partus:uarie fœ
minis cuiuſq; generis mares aut ui aut uoluptate miſcente.Vnde etiam uulgare græciæ dictum ſemp
aliquid noui africam afferre.Odore pardi coitum ſentit in adultera leo:totaq; ui conſurgit in pœnam
idcirco aut culpa flumine abluitur:aut lõgius comitatur.Semel autem edi partum lacerato unguium
acie utero in enixu uulgum credidiſſe uideo.Ariſtoteles diuerſa tradit:uir quem ĩ iis magna ſecuturus
in parte præfandũ reor.alexandro magno rege inflammato cupidine aĩaliũ naturas noſcendi:delega
taq; cõmentatione Ariſtoteli ſummo in oĩ ſcientia uiro:aliquod milia hominũ ĩ totius aſiæ græciæq;
tractu parere iuſſa:omniũ quos uenatus aucupia piſcatuſq; alebant.Quibuſq; niuaria:armẽta:aluearia
piſcinæ:auiaria ĩ cura erãt:neqd uſquam gentiũ ignoraretur ab eo. Quos pcontãdo.L.ferme uolumi
na illa pclara de aĩalib⁹ condidit.Quæ a me colecta in arctũ cum iis:quæ ignorauerat.quæſo ut legen
tes boni cõſulant in uniuerſis rerũ naturæ operibus:medioq; clariſſimi regũ oĩum deſiderio cura no-
ſtra breuiter peregrinãtes.Is ergo tradit leænã prio fœtu parere quinq; catulos:ac per annos ſingulos
uno minus:ab uno ſterileſcere.Informes minimaſq; carnes magnitudine muſtellaꝝ eſſe initio.Seme-
ſtres uix ingredi poſſe:nec niſi bimeſtres moueri.In europa aũt iter acheloũ tantũ & neſtũ amnes leo-
nes eſſe:ſed longe uiribus pſtantiores iis quos africa aut ſyria gignant.Leonũ duo genera cõpactile &
breue criſpiorib⁹ iubis.Hos pauidiores eſſe q̃ longo ſimpliciq; uillo:eos contẽptores uulneꝝ.Vrinam
mares crure ſublato reddere ut canes.Grauẽ odorẽ:nec minus halitum.Raros in potu. Veſci alternis
diebus.A ſaturitate interim triduo cibis carere.Quæ poſſint ĩ mandendo ſolida deuorare:nec capien-
te aluo coniectis ĩ fauces unguibus extrahere:ut ſi fugiendũ ſit non ĩ ſatietatẽ abeat.Vitam iis longam
docet argumento ꝙ pleriq; dẽtibus defecti reperiãtur.Polybius Aemiliani comes ĩ ſenecta hoĩem ap
peti ab iis refert.Quoniã ad perſequendas feras uires non ſuppetant.Tunc obſidere africæ urbes: eaq;
de cã crucifixos uidiſſe ſe cũ Scipione.quia cæteri metu pœne ſimilis abſterrerent̃ eadẽ noxa.Leoni tã
tum exferis clæmentia in ſupplices pſtratis parcit:& ubi ſæuit in uiros prius q̃ ĩ fœmiuas fremit: infan
tes non niſi magna fame.Credit libya intellectũ prouenire ad eos precũ.Captiuã certe getuliæ reducẽ
audiui multoꝝ ĩ ſiluis ĩpetum a ſe mitigatũ alloquio auſæ ſe dicere fœminã profugã infirmã ſupplicem
aĩalis oĩum generoſiſſimi:cæteriſq; imperantis:indignã eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio
ex ingenio cuiuſq; uel caſu mulceri alloquiis feras.Quippe iam ſerpentes extrahi cãtu:cogiq; in pœ-
nã.Verũ falſumue ſit uita decreuerit.Leonũ aĩ index cauda:ſicut & equorũ aures.Nãq; & has notas ge
neroſiſſimo cuiq; natura tribuit.Immota ergo placido clæmẽs blãdientiq; ſimilis:qđ rarũ ẽ. Crebrios
enĩ iracũdia eius In pricipio terra uerberat̃.Incremẽto terga ceu quodam ĩcitamento flagellãtur. Vis
ſumma in pectore.Ex oĩ uulnere ſiue ungue ĩpreſſo ſiue dẽte ater pfluit ſanguis.Iidẽ ſatiati ĩnoxi ſunt
Generoſitas maxime ĩ piculis deprehẽditur:nõ in illo tantũ mõ ꝙ ſpernẽs tæla diu ſe terrore ſolo tue
tur:aut uelut cogi teſtat̃.Cogiturq; nõ tanq̃ periculo coactus:ſed tanq̃ amẽtia iratus.Illa nobilior ani-
mi ſignificatio q̃libet magna canũ & uenãtiũ urgẽte ui contẽpti reſtitãſq; cedit ĩ cãpis: & ubi uideri po
teſt. Idẽ ubi uirgulta ſiluaſq; penetrauerit acerrimo curſu fertur:uelut deputans abſconſiõe turpitudi-
nem.Dũ ſequitur:inſilit ſaltu:quo in fuga nõ utitur. Vulneratus obſeruatiõe mira percuſſorem nouit:
& in quãtalibet multitudine appetit.Eum uero qui tæla quidem miſerit:ſed tamen non uulnerauerit
correptum raptatumq; ſternit nec uulnerat.Cum pro catulis fœta dimicat:oculorum aciem traditur
defigere interram:ne uenabula expaueſcat. Cæterum dolis carent & ſuſpitione. Nec limis intuentur
oculis:aſpiciq; ſimili mõ nolunt.Creditum eſt a moriente humũ morderi:lachrymãq; lœto dari. Atq;
hoc tale tanq; ſæuũ aĩal rotarũ orbes circũacti:curruſq; inanes:& gallinaceorum criſtæ cantuſq; etiam
magis terrent ſed maxime ignes. Aegritudinẽ faſtidii tantum ſentit:in qua medetur ei contumelia:in
rabiem agente annexarum laſciuia ſimiarũ.Guſtatus deinde ſanguis ĩ remedio eſt. Leonum ſimul pu
gnam plurimũ romæ princeps dedit.Q.Sceuola.p.filii in curruli ædilitate.Centum aũt iubatorũ pri
mus omniũ.L.Sylla:qui poſtea dictator fuit in prætura.poſt eum põpeius magnus in cyrco.dc.ac ĩ iis
iubatorũ.cccxv.Cæſar dictator q̃dringẽtos.Capere eos ardui erat quondã operis:foueiſq; maxime pri
cipatu claudii caſus rationem docuit putendam pene talis feræ noĩe:paſtoris getuli ſago contra ĩgruẽ
tis impetũ obiecto.Quod ſpectaculũ in harenã protinus tranſlatum eſt: uix credibili mõ torpeſcente
tanta illa feritate:q̃uis leui iniectu operto capite:ita ut deuĩciat̃ nõ repugnãs. Videlicet oĩs uis cõſtat ĩ
occulis Quo minus mirũ ſit a Lyſimacho Alexandri iuſſu ſimul incluſo ſtãgulatum leonẽ.Iugo ſubdi
dit eos.primuſq; romæ ad currũ iũxit.M. Antonius & quidẽ ciuili bello:cũ dimicatũ eẽt ĩ pharſalicis